

Prudentius de conflictu virtutum
et viciozum heroicis feliciter icipit.



Perfius in commendationem poete.

Si terrena virum scripserunt prelia vates:
Hic noster bellum spirituale canit.
Quid prodest reges duris deuincere bellis?
Sub qz iugo cunctos detinuisse duces:
Si nostre languent anime / si sensibus intus
Turbatis : hostis aspera bella mouet:
At satius fuerat animam releuasse caducam/
Quam multos / heheu / predominasse viros.
Hic poteris / omni vitiorum peste repulsa /
Virtutes animis insinuare tuis.
Argumenta quidem discernent parua libelli
Huius quodqz caput / materiam qz ref.
Nec breuitas noceat / libro nam perfius vno
Prestat : q̄ tota marsus amazonide,

Argumenta decem capitum libri.

Dat primum fidei pugnas ac ydolatrie.
Cunqz pudicia sodomorum bella secundum.
Vtqz iram literum / superat patientia fortis
Labitur in foueam exaltata superbia quarto
Luxuries / quinto / deuicta est sobrietate
Inserto / frendens operatio danat auaros
Post hec vt felix concordia conuocat omnes
Decimo dominam vnanimen / discordia turbat.
In nono cecidit fidei discordia telis.
Postremo foribus bissenis templa dicantur.

Prologus Poete.

Histe graues hominū sēp miserate labores/
Quos patria virtute cluis, ppria q3 / sed vna:

Unum namq3 deum colimus de nomine trino:

Non tamen et solum quia tu deus ex patre christe: |

Differere noster quo milite pellere culpas

Mens armata queat nostri de pectoris antro

Eroitur quotiens | turbatis sensibus | intus

Seditio atq3 animam morborum rixa fatigat:

Quod tunc presidium pro libertate tuenda

Queq3 acies furtilis inter precordia mixtis |

Obstitat meliore manu. nec enim bone ductor

Magnarum virtutum inopes / nervis q3 carentes

Christicolas: vitis populantibus exposuisti

Ipsle saluiferas loblesso in corpore | turmas

Reppugnare iubes. ipse excellentibus armas

Artibus ingenium: quibus ad ludibria cordis

Oppugnanda / potens tibi dmicet: et tibi vincat,

Vincendi presens ratio est: si cominus ipsas

Virtutum facies / et colluctantia contra

Viribus infesta liceat portenta notare.

Argumentum p̄mi capituli:

Lana fides superat multorum nomina diuum.

Prima petit campum / Dubia sub sorte duelli /

Pugnatura fides / agresti turbida cultu /

Nuda humeros / in tonsa comas / erecta lacertos.

Nanq; repentinus laudis calor / ad noua feruens

Prelia: nec telis meminit nec tegmine cingit.

Pectore sed fidens valido / membris q; resectis:

Prouocat insani fulgentia spicula belli.

Ecce laceudentem / collatis viribus / laudet

Prima ferire fidem veterum cultura deorum.

Illa hostile caput / phalerata q; tempora vittis:

Altior insurgens / labefactat .et ora cruore

De pecudum saciata : solo applicat .et pede calcat

Elisos in morte oculos / animam q; malignam

Fracta intercepti commercia gutturis artant.

Difficilem q; obitum / suspiria lingua fatigant.

Exultat victrix legio: quam mille coactam

Martiribus / regina fides animarat in hostem.

Nunc fortes socios parta pro laude coronat

Floribus ardenti q; iubet bestiarum ostro.

Argumentum capituli secundi.

Virgo pudicitia sodomorum crimina vincit.

in gramineo in campo concurrere prompta
Virgo pudicitia / speciosis fulget in armis.

Quam patrias succincta faces sodomita libido
Aggreditur: piceam qz ardentis sulphure pinum
Ingerit in faciem pudibunda qz lumina flammis
Appetit: et tetro tentat suffundere fumo.

Sed dextram furie flagrantis / et ignea dire
Telalupe / saxo ferit imperterrita virgo.

Excussas qz sacro sedas depellit ab ore.

Tunc ex armate iugulum meretricis: adacto

Transfigit gladio. calidos vomit illa vapores

Sanguine concretos obsceno. spiritus inde

Sordidus exalans vicinas polluit auras:

Istud habet exclamat vicitrix regina. supremus

Hic tibi finis erit. Semper prostrata iacebis.

Neqz mortiferas audebis spargere flammis

In famulos famulas qz dei: quibus intima casti

Dona animi sola feruet de lampade christi.

Tene o vicitrix hominum: potuisse resumptis

Utriusqz extincti capitis recalescere flatu:

Affixum postqz thalamum ceruix olofernis

Cesa / cupidineo madefactum sanguine lauit

Gemmatum qz thorum mecht ducis: aspera iudich
Spieuit / et incestos compescuit ense furores:
Famosum mulier referens ex hoste tropheum:
Non trepidante manu vindex mea celitus audax?
Ad fortasse parum fortis matrona / sub umbra
Legis adhuc pugnans / dum tempora nostra figurat
Vera quibus virtus terrena in corpora fluxit
Grande per infirmos caput excisura ministros.

Nunquid et intacte post partum virginis illum
Fas tibi iam superest? post partum virginis: ex quo
Corporis humani naturam pristina origo
Deseruit / carnen qz nouam vrs ardua leuit/
Atqz innupta deum concepit femina christum:
Mortali de matre hominem / sed cum patre numen,
Inde omnis iam diua caro est que concipit illum /
Naturam qz dei consorti federe sumit:
Verbum quippe caro factum: non destitit esse
Quod fuerat: verbum dum carnis glutinat vsum
Maestate quidem non degenerante per vsum
Carnis sed miseris ad nobilioza trahente.
Ille manet quod semper erat / quod non erat esse
Incipiens: nam quod fuimus iam non sumus: aucti

Nascendo in melius. michi contulit / et sibi mansit.
Nec deus in nostris minuit sua / sed sua nostris.
Dum tribuit: nosmet dona ad caelestia verit.

Dona hec sunt quod dicta faces truculenta libido
Nec mea post mariam potis es prestingere iura.
Tu princeps ad mortis iter / tu ianua leti
Corpora commaculas / animas in tartara mergis.
Abde caput tristi iam frigida pestis abisso.

Decide prostibulum / manes pete / claudere aueruo:
Inq; tenebrosum noctis detrudere fundum/
Te voluant subter vada flammea / te vada nigra/
Sulphureusq; rotet per stagna sonantia vortex:
Nec iam p̄picolas / furiarum maxima / tentes:
Ut purgata suo seruentur corpora regi.

Dixerat hec. et leta libidinis interfecit
Mortepudicitia: gladium iordanis in vndis
Abluit: infectum sanies cui rore rubenti
Heserat: et intidū macularat vulnere ferum.
Eriat ergo aciem fluviali docta lauacro.
Dictricem victrix abolens baptismate labem
Hostilis iuguli. nec iam contenta p̄tatum
Condere vagine gladium: Lne tecta rubigo

Occupet ablutum / scabrae sordis nitorem /
Catholico in templo diuini fontis ad aram
Consecrat. eterna splendens ubi luce coruscat.

Argumentum tercii capituli.

Ira tumens sese occidit. patientia vicit.

Ece modesta graui stabat patientia vultu

Per medias immota acies / varios qz tumultu

Dulnera qz et rigidis vitalia peruia pilis

Spectabat defixa oculos: et lenta manebat.

Hanc procul ira tumens / spumanti feruida rictu

Sanguinea intorquens suffuso lumina felle /

Ut belli exhortem / telo qz et voce lacessit.

Impatiens qz more conto petit / increpat ore:

Hirsutas quatiens galeato in vertice cristas:

Hem. tibi martis / ait / spectatrix libera nostri /

Excipe mortiferum securo in pectore ferrum.

Nec doleas / quia turpe tibi genuisse dolore.

Sic ait. et stridens sequitur conuicia pinus

Per teneros crispata nothos / et certa sub ipsum

Defertur stomacum / retro qz illiditur ictu.

Sed resilit duro loxice expulsa repulsa.

Prouida nam virtus conferto adamante trillistem

Induerat thoracam humeris : scamosa qz ferri
Terta per intortos commiserat vndiqz nervos :

Inde quieta manet patientia fortis / ad omnes
Telorum nimbos, et non penetrabile durans.

Nec mota est iaculo monstri sine more furentis :

Oppertens propitis perituram viribus hostem.

Scilicet indomitos postquam stomachando lacertos

Barbara bellatrix impenderat / et iaculorum

Nube superuacuam lassauerat irrita dextram :

Lum ventosa leui cecidissent tela volatu :

Iactibus et vacuis hastilia fracta iacerent :

Vertitur ad capulum manus improba / et ense coulso

Connisa in plagam dextra sublimis ab aure

Erigitur : medium qz ferit librata cerebrum.

Erea sed cocto callis formata metallo

Tinnitum percussa refert : aciem qz retundit

Duram resultantem : frangit quoqz vena rebellis

Illisum calibem, dum cedere nescia castos

Excipit assultus : ferienti et tuta resistit :

Ira ubi truncati mucronis fragmina vidit /

Et procul in partes enses crepuisse minutas :

Nam capulum retinente manu sine pondere ferri

Mentis inops ebur infelix; decorisq; pudendi
Perfida signa: abicit. munimenta q; tristia longe
Spernit. et ad pprium succenditur effera letum.
Mistile de multis que frustra sparserat unum
Pulvere de campi peruersos sumit in usus.
Rasile fugit humilignum / ac se culpe deorsa
Perfodit / et calido pulmone vulnere transit.
Quam super assistens patientia: dicimus Linquit
Exultans vicium. sed ita: virtute: sine vlla
Sanguinis ac vite discrimine. lex habet istud
Nostra genus belli / furias / omnemq; malorum
Militiam / et rabidas tolerando extinguere vires;
Ipsa sibi est hostis belania. se q; furendo
Interimit / moritur q; suis ira ignea telis.

Hec effata secat medias impugne cohortes
Egregio comitata viro; nam proximus iob
Heserat inuicte bella inter dura magistre.
Fronte seuerus adhuc / et multo funere anhelus.
Sed iam clausa truci subridens vlcera vultu
Per q; cicatricum numerum sudata recensens
Vulnera pugnarum / sua premia / dedecus hostis
Illum diua iubet tandem requiescere ab omni

Armorum strepitu, captis et perdita queq;
Multiplicare opibus: nec iam peritura referte
Spaglobos legionum, et concurrentia rumpit
Agmina / vulniferos gradiens intacta per imbres:
Dum vna comes virtutibus associatur,
Auxilium q; suum fortis patientia miscet.
Nulla anceps luctamen in it virtute sine ista,
Virtus nam vidua est quam non patientia firmat.

Argumentum quarti capituli,

Mens humilis / spes et inflatis predominantur,
Dite per effulas inflata superbia turmas
Effreni volitabat equo / quem pelle leonis
Tererat: et validos vilis onerauerat armos:
Quo se fulta iubis iactantius illa ferinis
Inferret: tumido despectans agmina fastu,
Turritū fortis caput accumularat in altum
Scrimbus: extractos augetet vt addita cirros
Congeries / celsūq; apicem frons ardua ferret,
Carbasca ex humeris summo collecta colbat
Palla sinu terentem nectens a pectore nodum,
A ceruice fluens tenui delamine limbus
Concipit infestas turgentibus auras,

Nec minus instabili sonipes feritate superbit:

Impatiens madidis frenarier ora lupatis.

Huc illuc frendens obuertit terga Lnegata

Libertate fuge. | pressis qz tumescit habenis.

Hoc se se ostentans habitu ventosa virago

Inter vtranzq; aciem supereminet / et phaleratum

Circumflectit equum / vultu qz et voce minatur.

Aduersum spectans cuneum Lquem milite raro /

Et paupertinis ad bella coegerat armis. |

Mens humilis: regina quidem: sed egens alieni:

Auxilii: proprio nec sat confisa paratu:

Spem sibi collegam coniunxerat: edita cuius

Et suspensa ab humo est opulencia diuite regno.

Ergo humilem postq; malefana superbia mentē

Dilibus extractam Lnullo ostentamine. | telis

Aspicit: in vocem dictis se fundit amaris.

Non pudet o miseri plebeio milite claros

Attentare duces. | ferro qz lacessere gentem

Insignem titulis / veteres cui bellica virtus

Diuitias peperit / letos et gramine colles

Imperio calcare dedit: nunc aduena nudus

Vititur antiquos L si fas est. | pellere reges.

En qui nostra suis in predam cedere dextris
Sceptra volunt, en qui nostras fulcare nouales/
Arua q3 capta manu populariter hospite aratro
Contendunt, duros et pellere Marte colonos.
Nempe o ridiculum vulgus: natalibus oris
Totum hominem et calidos a matre amplectimur artus/
Vim q3 potestatum per membra recentis alumni
Spargimus / z rudibus dominamur in ossibus omnes.
Quis locus in nostra tunc vobis sede dabatur:
Longentis cum regna simul dittonibus equo
Robore crescebant nati: nam luce sub vna
Et domus et domini paribus adoleuimus annis:
Ex quo plasma nouum de tersepto paradisi
Linite progrediens amplum transfugit in orbem:
Fellitos q3 habitus sumpsit venerabilis adam
Nudus adhuc: ni nostra foret precepta secutus:
Quisnam iste ignotis hostis nunc surgit ab oris
Importunus / iners / infelix / degener / amene:
Qui sibi tam seruum suus vendicat: hactenus exul?
Ni mirum vacue creduntur: friuola fame
Que miseros optare iubent quandoq3 futuri
Spem fortasse boni: lenta vt solaria mollem

Desidia pigro rerum medicamine palpent,
Quid ni illos spes palpet iners: quos puluere in isto
Tirones bellona truci non excitat ere;
Imbelles qz animos virtus tepe facta resoluit?
An ne pudicicie gelidum iecur vtile bello est?
An tenerum pietatis opus sudatur in armis?
Quam pudet o manors/et virtus conscia: talem
Contra stare aciem/ferro qz laceffere nugas?
Et cum virginis dextram conferre choreis
Iusticia est vbi semper egens/et pauper honestas/
Arida sobrietas/albo ieiunia vultu:
Sanguine dix tenui pudor interfusus/aperta
Simplicitas/et ad omne patens sine tegmine vulgus/
Et prostrata in humum/nec libera Lindice se se!
Mens humilis/quam degenerem trepidatio prodit.
Faro ego sub pedibus Ltipularum more/teratur
Inualida ista manus. neqz enim perstringere durtis
Dignamur gladis/argenti et sanguine ferrum
Imbuere/fraglli qz viros fedare triumpho.
Talia vociferans rapidum calcaribus veget
Cornipedem/laxis qz volat temeraria frenis:
Hostem humilem cupiens impulsu vmbonis equini

Sternere / delectam q3 super calcare ruinam.
Sed cadit in foueam piceps / quam callida forte
Fraus: interciso suffoderat equore furtim.
Fraus detestandis viciozum e pestibus vna
Fallendi versuta opifex / que prelcia bello
Planticem scrobibus vsolauerat insidiosis/
Hostili de parte latens: vt fossa ruentes
Exciperet cuneos / atq3 agmina mersa voraret.
Ac ne fallacem puteum deprehendere posset
Clara acies / virgis adopertas tererat oras.
Et super imposito simulat cespite campum.
At regina humilis Lquis ignara | manebat
Vltiore loco nec adhuc ad fraudis opertum
Denerat / aut fouee calcarat furta maligne.
Hunc eques illa dolum dum fertur prepefe cursu
Incidit / et cecum subito patefecit hiatum.
Prona ruentis equi ceruice inuoluitur / ac sub
Pectoris impressu fracta inter crura rotatur:
At virtus placidi moderaminis: vt leuitatem
Prospicit obrutam monstri sub morte iacentis:
Intendit gressum mediocriter / os quoq3 partim
Erigit / et comi moderatur gaudia vultu.

Eunctanti spes fida comes succurrit / et offert

Oltorem gladium / laudisq; inspirat amorem.

Illa cruentatam / correptis crinibus / hostem

Protrahit / et faciem leua reuocante supinat.

Tunc caput orantis / flera ceruice / resectum

Eripit. et madido suspendit colla capillo.

Extinctum dicitum sancto spes increpat ore.

Define grande loqui. frangit deus omne superbum

Magna cadunt. inflata crepant. tumefacta premuntur.

Disce supercilium deponere. discce cauere

An te pedes foueam / quisquis sublime minaris.

Perulgata viget nostri sententia christi:

Scandere celsa humiles / et ad ima redire feroces.

Vidimus horrendum membris animis q; gossiam

Inualida cecidisse manu. puerilis in illum

Dextera fundali torisit aridore lapillum.

Traiectam q; cauo penetrauit vulnere frontem.

Ille minax / rigidus / iactans / truculentus / amarus:

Dum tumet / indomitum dum formidabile feruet /

Dum sese ostentat clipco. dum territat auras:

Expertus pueri quid possint ludicra parui:

Succubuit teneris bellator turbidus annis.

Ne nunc ille puer virtutis pube sequutus
Florentes animos sursum in mea regna tetendit:
Seruatur qua certa mihi domus omnipotentis
Sub pedibus domini me qz ad sublime vocantem
Victores cesa culpatum labe capeffunt.
Dixit. z auratis perstringens aera pennis
In celum se virgo rapit. mirantur euntem
Virtutes. tollunt qz animos in vota volantes
Ore simul: ni bella duces terrena retardent.
Confligunt viciis se qz ad sua premia seruant.

Argumentū capituli quinti.

Luxurtes sola superatur sobrietate

Enerat occiduis mundi de finibus hosti.

Luxuria extincte iam dudum prodiga fame

Delibuta comas oculis vaga languida voce

Perdita delictis vite cui causa: voluptas.

Elumbē mollire animuz petulanter amenas

Haurire illecebras et fractos soluere sensus:

Ac tunc peruigilem rucfabat marcida cenam

Sub lucem qz forte iacens ad fercula raucos

Audierat lituos: atqz inde tepentia linguens

Pocula: lapsanti per vina et ballama gressu

Ebria calcatis ad bellum floribus ibat.
Non tamen illa pedes; sed curru inuecta venusto:
Saucia mirantium capiebat corda virorum.

O noua pugnandi species. non hales harundo
Neruo pulsa fugit / nec stridula lancea torto
Emicat amento / frameam nec dextra minatur:

Sed violas lasciuia facit / foliis qz rosarum
Dimicat / et calathos inimica per agmina fundit

Inde eblanditis virtutibus alitus iler
Inspirat tenerum lahefacta per ossa venenum.
Et male dulcis odor domat ora / et pectora / et arma /
Ferratos qz thoros obliſo robore mulcet:

Deiciunt animos ceu victi / et spicula ponunt
Turpiter: heu dextris languētibus obſtupefacti:
Dum currum varia gemmarum luce micantem
Mirantur / dum brateolis crepitanſia lora /
Et solito ex auro precioli ponderis aren:
Defixis inſhant obtutibus / et radiorum
Argento albenſem ſeriem: quem ſumma rosarum
Flexura electri pallentis continet orbem.
Et iam cuncta acies in deſtinationis amorem
Sponte ſua verſis tranſibat perfida ſignis:

Lururie seruire dolens / domine q3 fluentis
Jura pati / et lara ganeorum lege teneri.
Ingenuit tam triste nephas fortissima virtus
Sobrietas / dextro socios decedere cornu
Inuictam q3 manum quondam: sine cede perire.
Dextrillum sublime crucis: quod in agmine primo
Dux bona pretulerat: defixa cuspide sistit.
Instaurat leuam dictis mordacibus alam
Extumulans animos: nunc probris / nunc prece mixta,
Quis furor: insanas agitat caligine mentes?
Quo ruitis: cui colla datis: que vincula tandem
Proh pudor: armigeris amor est perferre iacertis
Lilia luteolls inter lucentia fertis:
Et ferrugineo vernantes floze coronas:
His placet assuetas bello iam tradere palmas
Neribus: hiis rigidas nodis innecter vlnas:
Ut mitra cesariem cohibens aurata virilem:
Combibat infusum croceo religamine nardum:
Post inscripta oleo frontis signacula / per que
Unguentum regale datum est / et crisma perhemne.
Ut tener incessus vestigia firmate verrat/
Serica q3 in fractis fluitent vt pallia membris:

Post immortalem tunicam: quam pollice docto
Texuit alma fides: dans inpenetrabile tegmen:
Pectoribus lotis dederat quibus ipsa renasci.
Ire ad nocturnas epulas/ ubi canturus ingens
Despuit effusi spumantia dampna phalerni.
Inmensam ciathis stillantibus undam: ubi multo
Pulchra mero veteriq; torcumata rore rigantur.
Excidit ergo animis heremi sitis/ excidit ille
Fons patribus de rupe datus: quem missica virga
Elicuit scissi salientem vertice saxi.
Angelicus ne cibus prima intentoria nostris
Fluxit auis/ quem nunc sero felicio: euo
Desperitus edit populus de corpore christi.
His vos imbutos dapibus iam crapula turpis
Lurcie ad madidū rapit impo:rtuna lupanar.
Quos q; viros non ira fremens/ non ydola: bello
Cedere compulerant: saltatrix ebria flectit.
State precor vestri memores/ memores quoq; xpi/
Que sit vestra tribus/ que gloria/ quis deus/ et rex/
Quis dominus/ meminisse decet vos nobile iude
Bermen/ adusq; dei genitricem: ex qua deus ipse
Esset homo. procerum venistis sanguine longuo.

Exuet egregias mentes celeberrima dauid
Gloria: continuis bellorum exercitia curis:
Exuet et samuel spoliū qui diuite ab hoste
Attractare vetat / nec victum viuere regem
Incircūsum patitur: ne preda superstes
Victorem placidum recidua in prelia poscat:
Parcere tam capto crimen putat ille stranno:
At vobis contra: vinci et succumbere votum est.

Peniteat. per si qua mouet reuerentia summi
Numinis. hoc tam dulce malum voluisse nephanda
Proditione sequi: *Si penite!* haud nocet error.
Penituit ionatham ieiunia sobria dulci
Conuolasse fauo sumpto / mellis q3 sapore:
Heu male gustantem regni, dum blanda voluptas
Oblectat iuuenem: iurata q3 sacra resoluit:
Hunc quia penituit: nec sors lacrimabilis illi est.
Nec tinxit patrias sententia seua secures.

En ego sobrietas *Si conspirare paratis!*
Pando viam cunctis virtutibus: vt male suada
Luxuries / multo scripta satellite / penas.
Cum legione sua *Christo sub iudice!* pendat.

Sic effata crucem domini feruentibus offert:
b.iii.

Obuia quadrigis lignum venerabile in ipsos
Intentans frenos, quod ut expauere feroces
Cornibus oppressis / et summa fronte coruscum:
Vertunt precipitem Læca formidine fusi.
Per prærupta fugam / fertur resupina reductis
Nequicq̃ lozis auriga: comam q̃ madentem
Pulvere sedat humi: tunc et vertigo rotarum
Implicat excussam dominaminam prona sub axem
Labitur, et lacero tardat sufflamine currum.
Addit sobrietas vulnus lethale: iacenti
Coniciens silicem rupis de parte molarem.
Hunc verillifere quoniam fors obtulit ictum:
Spicula nulla manu sed belli insigne gerenti:
Casus agit sarum: medii spiramen ut oris
Frangeret, et recauo misceret labra palato.
Dentibus introssum resolutis lingua resectam
Dilaniata gulam frustris cum sanguine complet.
Insolitis dapibus crudescit guttur / et ossa
Colliquefacta vorans: reuomit quas hauserat ossas.
Ebibe iam proprium / post pocula multa / cruorem
Virgo ait increpitans / sint hec tibi fercula tandem
Tristia: preteriti nimis proluxibus cui.

Lasciuas vite illecebras / gustatus amare
Mortis / et horifico sapor: ultimus asperat haustu.
Lede ducis dispersa fugit trepidante pauore
Nugatrix acies / iocus / et petulantia primi
Limba proficiunt. bellum nam talibus armis
Ludebant resono medicantes vulnera listro
Dat tergum fugitiuus amor. lita tela veneno /
Et lapsum ex humeris arcum / saretram q3 cadentem;
Pallidus ipse metu sua post uestigia linquit.
Pompa ostentatrix vani splendoris. inani
Eruitur nudata peplo. discissa trahuntur
Serta. venustatis colli q3 ac verticis aurum
Soluatur. et gemmas discordia dissona turbat.
Non piget attritis pedibus per acuta fructes
Ite voluptatem: quoniam vis maior acerbam
Compellit tolerare fugam. formido pericli
Predurat teneras iter ad cruciabile plantas.
Qua secūq3 fugax trepidis fert cursibus agmen.
Dampna facent. crinalis acus / redimicula / ditte /
Fibula / flammeolum / strophium / diadema / monile:
His se sobrietas / et totus sobrietatis
Abstinet exuuiis miles / dampnata q3 castis

Scandala proculcat pedibus / nec fronte seueros
Conniuere oculos predatorum ad gaudia flectit.

Argumentum capituli sexti.

Nullus auariciam nisi sola operatio vincit

Eritur auaricia gremio precincta capaci:

Quicquid luxus edax preciosum liquerat vnica

Corripuisse manu. pulchra in ludibria vasto

Dre inhians / auri qz legens fragmenta caduci:

Inter arenarū cumulos nec sufficit amplos

Impleuisse sinus: iuuat infercire crumens

Turpe luccum / et grauidos furtis distendere fiscos:

Quos leua celante tegit / lateris qz sinistra

Delat opermento. velox nam dextra rapinas

Abradit / spoliis qz vngues exeret aenos.

Lura / fames / metus / anxietas / periuria / pallor /

Corruptela / dolus / comēta / insompnia / sordes /

Lumenides varie: monstri comitatus aguntur.

Nec minis interea rapidozum more luporum

Crimina persultant: toto crassantia campo:

Matris auaricie nigro de lacte creata.

Si fratris galeam fuluis radiare ceraunis

Germanus vidit commilito: non timet enseni

Exerere / atq; caput socio mucrone ferire:
De consanguineo rapturus vertice gemmas.
Filius extinctum Libelli sub sorte cadaver
Asperit si forte patris: fulgentia bullis.
Lingula / et exuias gaudet rapuisse cruentas.
Cognatam ciuilis agit discordia predam.
Nec parcat propriis amor in faciatu habendi
Pignoriibus: spoliatq; suos fames impia natos.
Talia per populos edebat funera victricis
Obis auaricia / et sternens centena viro:um
Milia vulneribus battis / hunc lumine adempto
Effollis q; oculis velut in caligine noctis
Secum errare sinit / per q; offensacula multa
Ire / nec oppositum baculo tentare periculum:
Porro alium capit intuitu / fallit q; videntem
Insigne ostentans aliquid: quod dum petiisse
Excipitur telo incautus: cordis q; sub ipso
Saucius occulto ferrum suspirat adactum.
Multos precipitans in aperta incendia cogit.
Nec patitur vitare focos: quibus estuat aurum:
Quod petiit arsurus pariter Speculator auarus.
Omne hominū genus illa rapit / mortalia cuncta

Occupat interitu non est violentius illum
Terrarum ditium: quod tantis cladibus euum
Mundani inuoluat populi dampnet q3 gehenne.
Quim ipsos tentare manu Lsi credere dignum est. |
Aula sacerdotes domini: qui prelia forte
Ductores primam ante aciem pro laude gercbant
Dirtutum. magno q3 implebant classica flatu.
Et fors innocuo tinxisset sanguine ferrum:
Ni ratio armipotens gentis leuitidis vna
Semper fida comes: clipeum obiectasset / et atre
Hostis ab incurfu claros texisset alumnos.
Stant tuti rationis ope / stant turbine ab omni
Immunes / fortes q3 animi / vix incute summa
Perstringens paucos tenui de vulnere ledis
Cuspis auaritie / stupuit lues improba castis
Heroum iugulis longe sua tela repelli.
Ingemit. et dictis ardens furialibus infit:
Vincimur heu segnes: nec nostra potentia prefert
Dim solitam / languet vfolentia leua nocendi:
Sueuerat inuictis que viribus omnia vbiq3
Rumpere corda hominum / nec enim tam ferrea que
Formauit natura virum / cuius rigo: era

Sperneret / aut nostro foret impenetrabilis auro /
Ingenium omne neci dedimus . tenera / aspera / dura
Docta / indocta / simul / bruta / et sapientia / nec non
Lassa / incesta / mee patuerunt pectora dextre.

Sola ergo rapui quicquid stix abdit auaris
Surgitibus / nobis ditissima tartara debent
Quos refinent populos / quod voluunt secula : nostrū est.
Quot miscet mundus vesana negotia : nostrum.
Quid sit preualidas quo pollens gloria vires
Deserit / et castos ludit fortuna lacertos :

Sordet christicolis rutilantis fulua monete
Effigies / lordent argenti emblemata / et omnis
Thesaurus : nigrante oculis vilescit honore.
Quid sibi docta volunt fastigia : Nonne triumphum
Egimus ex iuda scarioth : qui discipulorum
Et conuiuia dei : dum fallit federe. mense
Haud ꝑquam ignarum : dextram qꝫ parapside sūgit.
Incidit in nostrum flammante cupidine telum :
Infamen mercatus agrum : de sanguine amici
Numinis : obliſo luiturus iugera collo :

Diderat et gericho / propria inter funera / lꝑtum
Posset nostra manus : cum victor concidit achan

Cedibus insignis / murali et strage: superbus:

Succubuit capto victis ex hostibus auro:

Dum detritis insigne legens anathema faucillis

Mesta rutnarum spolia infatiabilis haurit.

Non illum generosa tribus / non plebis aucte

Iuuit iuda parens / christo quocunq; propinquo

Nobilis et tali felix patriarcha nepote.

Quis placet exemplum generis: placeat quoq; forma

Eritit, sit pena eadem quibus et genus vnum est.

Quid moror aut inde populares aut populares

Saccicole summi: summus nam fertur aaron

Fallere fraude aliqua martis congressibus impar:

Nil refert armis: contingat palma dolis de.

Direrat, et tomam faciem / furialta q; arma

Eruit / in q; habitum sese transformat honestum.

Fit virtus: specie / vultu q; et voce seuera:

Quam memorant frugi: parce cui viuere co:di est:

Et seruare suum: tanq; nil raptet auare

Artis adumbrate: meruit ceu cedula laudem:

Huius se in speciem mendax bellona coaptat

Non vt auara lues: sed virtus parca putetur:

Necnon et tenero pietatis tegmine crines

Obtegit anguineos: vt candida palla latentem
Dissimulet rabiem / dicit q3 obtenta furore
Quod rapere et clepere est: auide q2 abscondē parta
Natorum curam dulci sub nomine iactet.

Talibus illudens male credula corda virorum
Fallit imaginibus: monstrum q3 ferale sequuntur
Dum credunt virtutis opus: capit impia erinis
Consensu faciles / manicis q3 tenacibus artat.

Attonitis ducibus / perturbatis q3 manipulis:
Mutabat virtutum acies: errore biformis
Portenti: ignorans quid amicum credat in illo/
Quid de hostile notet: letum versatile / et auceps:
Lubricat incertos dubia sub ymagine visus.
Cum subito in medium frendens operatio campum.
Prosilit: auxilio sociis: pugnam q3 capescit:
Militie postrema gradu / sed sola duello
Impositura manum: ne quid iam triste superlit.
Omne onus ex humeris reiecerat / omnibus ibat
Nudata induuitis / multa et se falce leuarat:
Olim diuitiis grauibus q3 oppressa talentis /
Libera nunc: miserando inopum quos larga benigne

Fouerat/ effundens patrum bene prodiga censum.
Jam loculos ditata fide spectabat inanes:
Eternam numerans redituro fenore summam:
Horruit inuicte virtutis fulmen et impos
Mentis auaricia: stupefactis sensibus hesit:
Certa mori. nam que fraudi via restat: vt ipsa
Calcatrix mundi mundanis victa fatiscat
Illecebris: spreto qz iterum sese implicet auro?
Inuadit trepidam virtus fortissima: duris
Dinarum nodis/obliso et gutture frangit
Exanguem siccam qz gulam / compressa ligabant
Dincla lacertorum sub mentum/et faucibus arctis
Extorquent animam / nullo quoqz vulnere capta
Palpitat/ atqz aditu Spiraminis inter cepto
Inclusam patitur venarum carcere mortem:
Illa reluctanti genibus qz et calcibus instans
Perfodit et costas/atqz illa rumpit anihela/
Mor spolia extincto de corpore diripit Lauri
Sordida frustra rudis / nec adhuc fomace recoctari.
Materiem / tinesetiam mansupta crebris
Exesa / et virides obducta erugine nummos:]

Dispergit seruata diu victrix: et egenis
Dissipat / ac tenues captiuo munere donat.

Tunc circumfusam / vultu exultante / coronam
Respiciens: alacris media inter milia clamat.

Soluite procinctum iusti / et discedite ab armis.

Causa mali tanti iacet interfecta Lucreandi

Ingluute pereunte / licet requiescere sanctis.

Summa quies nil velle super quam postulet usus:

Debitus: vt simplex alimonia / vestis et vna.

Infirmos tegat / et recreet mediocriter artus.

Expletus q3 modus naturam non trahat extra.

Ingressurus iter peram ne tollito. neue

De tunice alterius gestamine prouidus esto.

Nec te sollicitet res crastina: ne cibus alio

Defuerit. redeunt esce cum sole diurne.

Nonne vides vt nulla auium cras cogitet / ac se

Pascendam / prestante deo / non anxia credat:

Confidunt volucres victum non defore viles

Passeribus q3 subest modico venalibus asse

Indubitata fides: dominum curare potentem:

Ne pereant. tu cura dei / facies quoq3 christi:
c ii.

At dubitas ne te tuus vniūſerua auctor?

Ne trepidate homines / vite dator: et dator efce eſt.

Querite luceferum celefti dogmate paſſum

Qui ſpem multiplicans: alat inuiolabilis cui

Corporis immemores: memor eſt qui cōdidit illud

Suppeditare cibos / atq; indiga membra fouere.

His dictis cure emote / metus / et labor / et vis /

Et ſcelus / et placide fidei fraus inficiatrix:

Depulſe vertere ſolum. par Linde fugatis

Hoſtibus alma abigit bellum. diſcinditur omnis

Terroz / et auullis erſibulat ilia zonis:

Deſtis ad uſq; pedes deſcendens deſluit imos.

Temperat et rapidum priuata modestia grefſuz.

Coniucinum curua aera ſitent. placabilis implet

Daginanam gladius. ſedato et puluere campi

Suda redit acies liquide ſine nube diei.

Purpuream videas celi clareſcere lucem

Agmina caſta ſuper. vultum ſenſere tonantis:

Arridere hilares pulſo certamine turme /

Et chriſtum gaudere ſuis victoribus / arcem

Et heris / ac patrium famulis aperire profundum.

Argumentum capituli septimi:

Virtutes in castra vocat concordia victrix.

At signum felix concordia: reddere castris

Victrices aquilas / atq; intentoria cogi.

Nūq̄ tanta fuit species / nec par decus vlli

Militie: cum dispositis fida agmina longe

Duceret ordinibus: peditum psallente caterua /

At alia de parte equitum resonantibus ymnis.

Non aliter cecinit respectans victor hiantem

Israel rabiem: ponti post terga minantis:

Cum iam progrediens calcaret littora sicco

Ultiora pede / stridens q; per extrema calcis

Mons rueret pendentis aque / nigros q; relapsa

Burgite nilicolas fundo deprnderet imo:

Ac refluyente sinu iam redderet vnda natatum

Piscibus / et nudas preceps operiret harenas:

Pullavit resono modulantiã tympana plectro

Turba dei: celebrans mirum ac memorabile sedis

Omnipotentis opus. liquidas L inter freta Lripas

Lfluctibus incisís et subsistente procella L

Excrescere. suspensos q; globos potuisse tenere.

Sic expugnata viciorum gente resultant
Mistica dulcimodis virtutum carmina psalinis.

Argumentum capituli octavi.

Concordes animos titubans discordia turbat.

Entū erat ad fauces porte castrēsis / ubi arcū

Liminis introitus; bifori dant cardine claustra.

Nascitur hic inopina mali lacrimabilis astu

Tempesta / placide turbatrix inuida pacis /

Que tantum subita verarat clade triumphum.

Inter confectos cuneos concordia forte

Dum stipata pedem iam tutis menibus infer:

Excipit occultum victi latitantis ab ictu

Muronem leuo in latere: squalentia quibus

Terta cathenato ferri sub tegmine corpus

Ambirent: luteis et acumen vulneris hamis

Respuerent: rigidis nec fida tenacia nodis

In pactum sinerent penetrare in viscera telum.

Rara tamen calibem tenui transmittere puncto

Cōiūctura dedit: qua sese extrema polite

Scama ligat tunice: sinus et sibi conferit horas

Intulit hoc vulnus pugnatrici subdola victe

Partis: et incautis victoribus insidiata est.

Nam L pulsa culparum acie | discordia nostros
Intrauit cuneos : sociam mentita figuram :
Scissa procul palla / structum et serpente flagellum
Multiplici media camporum frage saebeat.
Ipsa redimitos olea frondente capillos
Ostentans : festis respondet leta choreis.
Sed siccam sub veste tegit : te maxima virtus
Te solam tanto e numero concordia tristi
Fraude petens : sed non vitalia rumpere sacri
Corporis est licitum : summo tenus estuat icu
Leta. cutis tenuem signauit sanguine riuum.

Exclamat virtus subito turbata . quid hoc est ?
Que manus hic inimica latet : que prospera nostra
Vulnerat / et ferrum tanta inter gaudia vibrat :
Quid tuuat indomitos bello sedasse furores /
Et sanctum L vitis pereguntibus | omne receptum :
Si virtus sub pace cadit : trepida agmina mectos
Conuertere oculos . stillabat vulneris index
Ferrata de veste cruor . mox et pavor hostem
Lominus astantem prodit : nam pallor in ore
Conscijs audacis facti : dat signa reatus |

Et deprehensa tremit languens / necnō color albens.

Circūstat propere strictis myctronibus omnis

Virtutum legio : exquirens feruente tumultu

Et genus / et nomen / patriam / sectam q3 / deum q3

Quem collat / et iussu cuiatis venerat. illa

Exanguis turbata metu : discordia dicoz /

Cognomen heresis / deus est michi discolor / Inquit /

Nunc minor aut maior / modo duplex / et modo simplex /

Cum placet acrius et de fantasmate vilus /

Haud innata anima est quotiens volo ludere numen /

Preceptor belial michi est / domus et plaga mundus.

Argumentum capitis noni

Non patitur regina fides hercles dominari.

On tulit ulterius capti blaphemia mōstri

Virtutum regina fides ; sed verba loquentis

Impedit / et vocis clausit spiramina pilo /

Pollutam rigida transfidens cuspide iugum.

Carpitur innumeris feralis bestia dextris /

Frustratim sibi quisq3 capit : quod spargat in auras /

Quod canibus donet / coruis quod edacibus ultro

Offerat / immundis ceno exaltante cloacis

Quod fradat / monstris quod mandet habere marinis

Dilicium sedis animalibus omne cadauer

Diuiditur / ruptis heretis perit horrida membris.

Compositis igitur rerum morum qz secundis

In commune bonis : tranquille plebis ad unum

Sensibus in tuta balli statione locatis :

Contigit hic statione frui / vallo qz foueri

Pacificos sensus / et in ocia soluere curas.

Extruitur media castrorum sede tribunal

E ditioze loco : tumulus quem vertice acuto

Excitat in speculum : subiecta inde omnia late

Libet inoffenso circumspicit aere visus.

Nunc sincera fides / simul et concordia / sacro

Federe iurate christi sub amore sorores :

Conscendunt apicem . mox et sublime tribunal

Par sanctum carum qz sibi supereminet equo

Jure potestatis : consistunt aggere summo

Conspicue / populos qz iubent astare frequentes.

Concurrunt alacres castris ex omnibus omnes :

Nulla latet pars mentis iners . que corporis villo

Intercepta sinu : per conceptacula sese

Regeneri ianguore tegat, tentoria apertis
Lunca patent, velis referantur carbasa: nequis
Obscuro lateat stertens habitator operto:

Argumentum capituli decimi.

Fide super: templum virtutes condere possunt.

Dribus intentis expectat contio: quid nam

Victores post bella vocet concordia princeps

Quam velit atq; fides virtutibus addere legem.

Erumptit prima in vocem concordia: tali

Alloquio. Cumulata quidem iam gloria vobis:

O patris o domini fidissima pignora christi

Contigit, extincta est multo certamine seu

Barbaries: sancte que circumseperat urbis

Indigenas, ferro q; viros flamma q; premebat:

Publica sed requies priuatis rure foro q;

Constat amicitis, scissura domestica turbat

Rem populi, titubat q; foris quod dissidet intus:

Ergo caueat viri ne sit sententia discors

Sensibus in vestris, ne secta exotica tectis

Pascatur conflata odiis: quia scissa voluntas

Confundit varijs archana biformia fibris:

Quod sapimus coniungat amor / quod viuimus vno
Conspiret studio: nil dissociabile firmum est.

Utq; homini atq; deo medius interuenit ihesus
Qui sociat mortale patri. ne carnea dissent
Spiritu eterno ac sit deus vnus vtrunq;
Sic quicqd gerimus mentis q; et corporis actu
Spiritus vniuersis terat compagibus vnus.

Pax plenum virtutis opus / pax summa laborum
Pax belli exacti precium est / precium q; pericli
Sidera pace vigent / consistunt terrea pace /
Nil placitum sine pace deo non minus ad aram
Cum cupias offerre : probat : si turbida fratrem

Mens impacati sub pectoris oderit antro.
Nec si flammicomis xpi pro nomine martis
Ignibus infilias: seruans inamabile votum
Eile sub obliqua preciosam proderit ihesu
Impendisse animam. meriti q; clausula pax est.
Non inflata tumet . non inuidet emula fratri.
Omnia perpetitur. patiens / atq; omnia cedit.
Nuncq; lesa dolet. cuncta offensacula donat.
D casum lucis venia praecurrere gessit

Anxia: ne stabilem linquat sol conscius iram:

Quisq; litare deo mactatis vult holocaustis:

Dfferat in primis pacem. nulla hostia christo

Dulcior. hoc solo sancta ad donaria vultunt

Munere conuertens: liquido oblectatur odore.

Sed tamen et niveis tradit deus ipse columbis.

Pennatum tenera plumarum veste columbum

Rimante ingenio docte internoscere mixtum

Innocuis aubus. latet et lupus ore cruento

Lacteolam mentitus ouem sub uellere molli:

Cruda per agninos exercens funera rictus:

Hac sese occultant fofinus / et artius: atte:

Immanes feritate lupi. discrimina produnt

Nostra / recens q; cruor: / quis de corpore summo

Quid possit furtiua manus. gemitum dedit omnis

Virtutum populus casu concussus acerbo;

Tunc generosa fides hec subdidit. ymo secundis

In rebus cesset gemitus / concordia lesa est.

Sed defensa fide. quin et concordia sospes

Germanam comitata fidem sua vulnera ridet.

Hec mea sola salus/nichil hac michi triste recepta.

Unum opus egregium restat post bella labori
O proceres regni: quod tandem pacifer heres
Belligeri armate successor: inermis et aule
Instituit salomon. quoniam genitoris anheli
Fumarat calido regum de sanguine dextra:
Sanguine nam terso templum fundatur et ara
Donitur auratis christi domus ardua tectis:
Tunc ierusalem templo illustrata: quietum
Suscepit iam diua deum circumuaga postq̃
Sedit marmoreis fundata altaribus archa.

Surgat et in nostris templum venerabile castris:
Omnipotens cuius sanctorum sancta reuisat.
Nam quid terrigenas ferro pepulisse phalanges
Culparum prodest: hominis si filius arce
Etheris elapsus purgare corporis orbem
Intret inornatam: templi splendens egestus:
Hactenus alt: riuus sudatum est cominus armis.
Quonia nunc agitet. tacite toga candida pacis:
Atq; sacris sedem properet distincta iuuentus.
Hec ubi dicta dedit. gradibus regina superbis
D.i.

Defiliit. tanti q3 operis concordia conforz
Metatura nouum iacto fundamine templum:
Aurea planiciem spacis percurrit harundo:
Dimensis quadrent vt quattuor vndiq3 frontes:
Ne commiffuris diftantibus: angulus impar
Argutam mutilet per diffona fcmata normam.
Aurore de parte tribus plaga lucida portis
Illustrata patet. triplex aperitur ad austrum
Portarum numerus. tres occidualibus offert
Janua trina fores. totiens aquilonis ad aren
Panditur alta domus. nullū illic ftructile larum/
Sed caua per folidum multo q3 forata dolatu
Gemma: relucenti lumen complectitur artu.
Vestibulum q3 lapis penetrabile concipit vnus.
Portarum in fummis in fcriptis poftibus auro
Nomina apoftolici fulgent bifenna fenatus.
Spiritus his titulis archana recondita mentis
Ambit et electos vocat in precordia fensus
Quaq3 hominis natura viget/qua pectore toto
Quadrua vis animat: trinis ingreffibus aram

Cordis adit: castis q3 colit sacra vota:
Seu pueros sol primus agat / seu feruor ephebos
Iucendat nimius / seu consummabilis eui
Perficiat lux plena viros / seu algida boree
Etas decrepitam vocet ad pia sacra senectam:
Ocurrat trinum quadrina ad compita numen:
Quod bene discipulis disponit rex duodenis.
Quin etiam totidem gemmarum insignia tertis
Parie distincta micant / animas q3 colorum
Diuentes liquido lux euomit / alta profundo
Ingens crisolitus natio interlitus auro.
Hinc sibi saphirum sociauerat / inde berillum
Distantes q3 nitor medius variabat honores.
Hinc calcedon hebes perfunditur: ex facincti
Lumine vicino. nam forte cianea propter
Stagna lapis cohibens ostro fulgebat aquoso:
Sardonice pingunt amethystina / pingit iaspis
Sardomum iuxta appositum pulcher topazion
Has inter species / smaragdina gramine verno
Prata virent vomit atq3 bagos / lux herbida fluctus.
D.ii.

Te quoq; conspicuum structura interlerit ardens
Chrysochryse ⁊ sidus saris stillantibus addit.
Stridebat grauidis funalis machina vinculis
Immensas capiens alta ad fastigia gemmas,
At domus interio: septem subnixæ columnis
Cristalli argenti vitrea de rupe recisis:
Construitur: quarum tegit edita calculus albens:
In comun celsus / capit et situamina subter
Subductus / conche in speciem: quod mille talentis
Margaritarum ingens: opibus q; et viribus arce
Addictis animosa fides mercata pararat.
Hoc residens solio pollens sapientia / et omne
Consilium regni: celsa disponit ab aula/
Tutandi q; hominis leges sub corde retractat.
In manibus domine sceptrum non arte politum/
Sed lignum vnum viride: est quod stirpe recisum
Quamuis nullus alat terreni celsitatis humor.
Fronde tamen viret incolumi. tunc sanguine tinctis
Inter tecta rosis candentia lilia miscet:
Vescia marcenti florem summittere collo.

Huius forma fuit sceptri gestamen aaron
floriferum: sicco quod germina cortice trudens
Explicuit tenerum spe pubescente decorem.
In q3 nouos subito tumuit virga arida fetus.

Operis peroratio

Diuinus eternas o clementissime doctor

Grates ipse tibi: meritos q3 sacram⁹ honores

Ore pio: nam cor victorum stercore sordet.
Tu nos corpori latebrosa pericula: operi
Luctantis q3 anime voluisti agnoscere casus/
Sudare alterius conflictibus. et variato
Nouimus ancipites nebuloso in pectore sensus
Pugnarum euentu. nunc indole crescere dextram/
Nunc inclinatis ceruicibus ad iuga vite
Deteriora trahi sese q3 adicere nexis
Turpibus / et proprie facturam ferre salutis.

O quotiens animam victorum peste repulsa
Sensimus incaluisse deo: quotiens tepefactum
Celeste ingenium post gaudia candida retro
Lestite stomacho: feruere bella horrida / feruent
Oribus inclusa. fremit et discorsibus armis.

Nam simplex natura hominis / nam viscera / limo
Effigiata premunt animum : contra ille sereno
Perditus afflatu : nigrantis carcere cordis
Estuat / et sordes Larca in te vincula Irrefusat :

Spiritibus pugnant vasis lux atqz tenebre /
Distantes qz animat duplex substantia vites :
Donec presidio xpi deus assistit : et omnes
Virtutum gemmas componat sede piata :
Atqz vbi peccatum regnauerat : aurea templi
Atria constituens terat spiramine mouum :

Ornamenta anime / quibus oblectata decoro
Eternum solio duces sapientia regnes .

Explicit prudenter diligentissime emen-
datus atqz per capita et argumenta dis-
tinctus Impressus per Anthoniū capllant :



